

vel quia erat minor tunc, esto aliquis ex secundo...

70 Sicut quando, iustus admitti ex primo decreto...

71 Quando multi in possessionem erant missi ex primo...

72 Quando iam aliquis, aut aliqui, missi sunt ex secundo...

73 Quando dominus rei, unde damnum imminet...

74 Quando res, unde damnum imminet, pignori erat...

A betur l. his (alias eis) ff. de dam. in fec. Lex vero cum...

B creditor ille requisitus non fuerat, ut ipse etiam caueret...

C Quoniam emptor petere fideiussoriam cautionem...

D Atque hec dicta sint de tota hac materia, satis obsecrare...

D I S P U T . 7 0 4

De damno proveniente ex aqua ratione operis facti in vicino predio: cuius operis ad damni comparationem competit civiliter actio aque pluvie arcende.

S Y M M A R I U M

- 1. Damnum, ob quod actio aque pluvie arcende competit, in futurum pendet, et quod sit, et ad que competit ea actio. Et que actiones competant ob damnum datum ante actionem de aqua pluvie arcende contestatam.
2. Actio aque pluvie arcende non competit, si quis scies fieri opus, ex quo videbat aquam pluviam nocere predio suo, tacuit: secus si ignoravit id damnum inde proveniturum.
3. Aquae pluvie nomine, quoad actionem aque pluvie...

Actio arcende attinet, etiam fontium et fluviorum...

4. Actio aque pluvie arcende preste, quoad que competit...

5. Actio aque pluvie arcende non competit, neque aliis...

6. Servitus si sit in vno predio, non naturalis, sed pacto...

7. Actio aque pluvie arcende competit, ut destruat...

8. Actio aque pluvie arcende vtili cogitur dominus...

9. Actio aque pluvie arcende cogere potest dominus...

10. Actio eadem potest dominus agri inferioris cogere...

11. Aqua agri superioris si pacto, prescriptione, aut consuetudine...

12. Servitutes iure fossam existentem in agro superiori...

13. Actio aque pluvie arcende non competit domino...

14. Actio aque pluvie arcende agi adversus eum potest...

15. Actio aque pluvie arcende non competit, si aqua nocet...

16. Actio aque pluvie arcende mihi competit, quatenus...

A 17 Ripa quando priuata, quoad dominium, eorum videlicet...

18. Actio aque pluvie arcende competit dominis agrorum...

19. Flumen preste, rivus, et torrens, quid.

20. Flumen publicum quid.

21. Ripa fluminis quid. Est locus publicus, saltem quoad...

22. Alveus fluminis quid. Qualiter varietur. Est locus publicus...

23. Fossa flumini publico si fiat, per quam tanta pars fluat...

24. In flumine quid factum dicatur, et quid in ripa.

25. Fluminum, que navigabilia dicuntur, que efficiere flumen...

26. Flumine in navigabili, aut quod navigabile efficit, ne...

27. Flumine in publico, aut in eius ripa, nihil fieri potest...

28. Flumine in publico, aut in eius ripa, fieri possunt aggeres...

29. Torrentis aquam fas est auertere opere factio in proprio...

30. Servitutes, aut quasi servitutes, ut prescribatur adversus...

31. Fluminis publici ob cursum mutatum ex aggeribus factis...

32. Actio aque pluvie arcende non competit adversus opus...

33. Actio eadem non competit adversus opus factum in loco...

- 34 Actio eadem competit aduersus facientem opus in lo eo distante, unde aqua nocet pradio meo. Aduersus vicinum vero, per cuius pradium pertransit, competit etiam, si ille potest id impedire, nec impedit.
- 35 Actio eadem non competit, si aliquid ad cultum vtiliorem agrorum pertinens fiat in vno pradio, unde aqua alteri noceat.
- 36 Aquam, qua in suo fundo oritur, aut in illum deriuatur, seruitute in contrarium non existente, retinere sibi quis potest, etiam factio ad id opere, in suo fundo, & non alieno. Actio tamen de dolo prohiberi id potest, si animo nocendi vicino, & non vtendi iure suo, id efficiat.
- 37 Aquam publicam, ad pradia certo modo irriganda deputatam, non potest sibi quis plus usurpare, quam lege, pacto, aut consuetudine sit introductum. Si autem aliquid efficit, quo eam sibi plus usurpet, actio competit pluuie arcende.
- 38 Aqua venas si quis prascindat in suo fundo, qua deriuabantur in alienum, aut puerum fodiat, quo confluant aqua ex fundo alieno, nulla actio aduersus eum competit. Si tamen non animo vtendi iure suo, sed nocendi id efficiat, quod prascinditur, quando absque vilo suo emolumento id efficiat, actio de dolo cogitur rem deducere ad priorem statum.
- 39 Actio aqua pluuie arcende, si quis destruere aliquid iubetur, solum tenetur id efficere, quatenus non est & non plus.
- 40 Actio aqua pluuie arcende post litem contestata, si factum sit aliud opus, unde nouum timeatur damnum noua actio erit intentanda. Quando vero factum est aliud, quod impedimentum sit, ne opus destruat, circa quod lis erat, contestata, eatenus destrui debet, quatenus ad id sit necesse.
- 41 Actio aqua pluuie arcende, si opus sit destruendum, & dominus fundi illud fecit, aut tacite, vel expresso, illud fieri mandauit, aut ratum habuit, sumptibus illius est destruendum, & solus debet damna, post litem contestatam, sequuta, neque satis est, si cedat pradio: habereque illius post eius mortem ad eadem tenetur. Quando ipso nec tacite consentiente, nec ratum habente fuit factum, solum tenetur pati vt destruat. Actio si damnum timeat, petere poterit, vt sibi de eo caveatur. Expensis vero eius, qui illud fecit, est demolendum, & soluenda sunt damna. Si sit mancipium, dominus ea soluit, aut mancipium noxae dat.
- 42 Actio aqua pluuie arcende vtilis competit usufructuario aduersus proprietarium, & aduersus dominum vicini pradij: et competit alijs aduersus usufructuario: qui, omisso usufructuario, agere possunt aduersus proprietarium.
- 43 Actio eadem directa competit emphyteuta ac feudatario: & competit etiam aduersus emphyteutam & feudatarium.
- 44 Actio eadem competit aduersus fabricantem sepulchrum, si inde aqua noceat, etiam si mortuum iam in illud intulerit. Neque destruendo postea sepulchrum actione aqua pluuie, tenetur de sepulchro violato.
- 45 Actio aqua pluuie arcende quatenus competat aduersus habentes commune pradium, unde damnum prouenit: & quatenus competat habentibus commune pradium, cui damnum sequitur.
- 46 Actio aqua pluuie quatenus competat aduersus eum, qui opus fecit, unde damnum prouenit, & postea pradium alienauit, & quatenus aduersus successorem.
- 47 Actio eadem, quando dominus pradij, qui patitur damnum, illud alienauit, quousque ad successorem, vel ad alienantem, pertinet.

Disputatio hac affinis est praecedenti. Sicut enim damnum, de quo praecedente disputatione est dictum, nondum est datum, sed imminet ac pendet in futurum: ita damnum, pro quo competit actio aquae pluuiae arcendae, nondum est datum, sed imminet in futurum. Ita habetur, leg. prima, §. in hoc iudicium. ff. de aqua pluuia arcenda, cuius verba sunt: *In hoc iudicium, sicut in damni infecti, futurum damnum uenit, cum reliquis fere omnibus iudicijs peritium praestetur.* Idem habetur, leg. prima, §. primo eodem titulo. Actio quippe aquae pluuiae arcendae, solum competit, quando aliquid fit in praedio aliquo, siue id ager sit, siue aliud praedium, ratione cuius aqua nocet agro vicino, siue sit interiectum aliud medium praedium inter utrumque, siue enim. Atque tunc domino agri, cui aqua ita nocet, nocere potest, competit actio aquae pluuiae arcendae, aduersus dominum praedij, ubi id factum est, ad duo. Primum est, vt destruat, quod in eo praedio est factum, unde imminet periculum, quod aqua suo agro noceat, resque ad pristinum redigatur statum, saltem ita vt periculum id cesset. Secundum vero est, vt, si quod damnum, post actionem aquae pluuiae arcendae aduersus eum contestatam, aqua in eo agro dederit ratione eius, quod in illo altero praedio est factum, illud soluat. Et quia hoc damnum, vi huius actionis soluendum, nondum est datum tempore litis contestatae, sed pendet ac timeatur in futurum, dicitur actionem hanc, sicut & actionem damni infecti, respicere damnum, non praeteritum ac iam datum, sed futurum. Damnum enim, quod antelitem contestatam inde euenit, petitur interdicho quod vi aut clam tanquam subsequutum ex re facta indebiti vi, si is, cuius agro nocet, extra iudicium fieri uerit, dum fieri intentabat, aut fiebat; aut clam, si non uerit, quia vel id fieri, vel damnum inde suo agro imminere ignorabat, vt habetur, leg. Anteijs citata. §. de eo, & notat gloss. vltima, leg. si tertius §. officium. ff. eodem titulo consentiumque. lex prima, & sequentes. ff. circa vi aut clam, atque ex dicendis Disputatio. 706. quia interdichum quod vi aut clam, in liquido consistit. Praedicta vero omnia patent ex l. prima, §. 1. ex §. officium citato, ex l. Anteijs, §. hoc iudicium, & duobus sequentibus. ff. de aqua pluuia arcend. vbi §. de eo, habetur, quod si periculum timeatur ex eo opere, sed non multum ac vrgenter, tunc iudex praecipere debet ei, in cuius praedio factum est, vt vel caueat de damno infecto hoc est, quod soluet damnum, si quod inde fuerit sequutum, vel opus destruat, remque in pristinum statum redigat. Quando vero experientia postea deprehenderetur, damnum inde lequi, tunc, & iubendus esset damnum subsequutum soluere, vt ante cauerat, & destruere opus, ne damnum vltius ex illo sequeretur. Quo loco obserua, ad damnum praeteritum, culpa eius, qui tale opus fecit, sequatur, etiam competere actionem legis Aquiliae, seu in factum illi subsidiariam, argumento legis vltima in fine. ff. de ripa tendi.

E Quando aliquis, sciens & prudens fieri opus in praedio vicino, unde agro suo damnum aquae pluuiae imminere, tacite, fierique illud est passus, tunc non competit ei actio aquae pluuiae arcendae; quoniam consensisse videtur in eo opere cum eo damno ac detrimento suo agro. Secus res habet, si tacuit, quia ignorauit posse inde id damnum sibi uenire: quoniam tunc non censetur consensisse, vt id opus cum eo suo detrimento feret. Primum habetur l. Labeo, & secundum l. sed hoc, proximè sequenti. ff. de aqua pluu. arcen.

Nomine aquae pluuiae in re proposita non solum intelligitur aqua imbrium, quae de caelo decidit, siue hyber-

hyberna, siue aestiua sit, sed etiam, quae cum illa mixta fluit, vt habetur, leg. prima, in prin. ff. de aqua pluuia arcenda: qualis est, quae excurrit ex fontibus, & quae in fluminibus fluit. Aqua enim fontium incrementum magnum accipit ex aqua pluuia, quae terra imbibita, simul securit cu aqua ex acre in cauernis terra generata, multumque aqua fontium ex pluuia pendit: enim amon aliquo modicum pluat, fontes exsiccantur. Flumina vero ex aqua pluuia ac fontium conflant. Vnde, vt videbimus, si ex opere aliquo aqua fontium, aut fluminum, vicino agro noceat, competit actio aquae pluuiae arcendae, vt id opus destruat, & vt soluat damnum, post litem contestatam, ea aqua datam.

4 Merito supra diximus, actionem aquae pluuiae solum competere, si aqua noceat agro ob aliquid factum in vicino praedio, siue id praedium ager sit, siue quoduis aliud. Quoniam, vt Vlpianus, l. 1. §. item sciendum. 2. ff. de aqua pluu. arcen. cum Labone, Caecelio, & Cassio, ait, haec actio solum competit, quae aqua eo modo noceat agro, ex quo eoque praedio illa proueniat: si vero noceat adificio, aut oppido, non competit ea actio, sed negotiorum generalis. Quod vt intelligas, obserua. Actionem ad vendicandam feruitutem, quae debetur ab vno praedio alteri, si dem intellige de feruitute vltius fructus, qui persona debetur, si cum debeatur, denegatur, appellari contestatam. Contrarium vero, quae praetendens vnum fructum sibi debet, aut feruitutem aliam suo praedio repellitur, contendendo non debet, & vt soluat valorem vltius talis feruitutis in vltius parat, appellari negotiorum vniuersalem: eo quod comparatione cuiuscunque feruitutis, aut quae feruitutis, solum habeat vt haec omnia habentur. l. 2. in prin. ff. si feruitus vendicetur. Haec igitur actio ait tibi Vlpianus, & affirmat Accursius, & Barol. ibidem, esse agendam ad damnum, quod ex fructibus, aut ex fluminibus, hoc est, ex maiori vi aquae, quam tit fructuum, sequitur adificio cuiusque, aut oppido; ob opus in alio praedio factum, vt destruat id opus, ac resarciatur damnum, quia eadem actio, vt ibidem Accursius notat, agi etiam potest ad damnum aquae pluuiae, quod agro immittit feruitutis: eo quod negotiorum illa actio communis sit feruitutibus omnibus. Neque obstat, quod Pileus, ab Accursio ibidem relatu, voluerit, actionem negotiorum non competere, nisi praesertim feruitus, quae fuerit amita aut remissa. Non, inquam, id obstat: quoniam aquae ea actio locum habet in feruitute, quam quis de nouo occupare velit, contendat tibi debet, cum nunquam antea fuerit ei debita: qui autem aqua indebita ex suo praedio immitit in quodcunque aliud praedium vicinum, siue id ager sit, siue non, nisi et obstat in terra tempus necessarium ad eam feruitutem in praedio sui vicini comparatione sui praescribendam, tamen eam feruitutem in eo, vt videbimus, si obacquirat, quare agi optime potest ea negotiorum vniuersalis actione ad illum repellendum, ne talem feruitutem praescribat, vt opus, unde id damnum imminet, destruat, & resarciatur damnum, si quod inde fuerit subsequutum. Etiam competit actio in factum subsidiaria legis Aquiliae, pro damno ita dato culpa, facientis illi, unde de fructuum est, vt ea aqua noceat, argumento, leg. vltima in fine. ff. de ripa tendi. Vtinae tot subtilitates, diuersitates, ac distinctiones, abscederent a iure. Certe, lex, l. 3. titulo 32. parte tertia, permixtum concedit actionem, vt destruat opus, quantum satis sit vt non noceat, & vt resarciatur damnum, siue agro vicino imminet, siue edificio, nihil exprimitur, quae actioe lit id pendendum.

5 Illud deinde obserua, quando aqua ex vno praedio naturaliter fluit in aliud, hoc est, in iunio ad nuta

Com. III. Pars Posterior.

A opere, aut factio aliquo, tunc, quando non est feruitus in praedio, unde fluit, comparatione eius, in quod fluit, vel pacto, vel praescriptione acquisita, vt non ita fluat, vtique quantum cuique noceat, & in quantumque quantitate fluat, nulla competit actio domino praedij, in quod fluit, vt impediatur, euiteturque id damnum ipsius: quoniam inferiora praedia eam habent quasi feruitutem naturalem comparatione superiorum, vt recipient aquam ex illis naturaliter fluentem. Sicut etiam sulcipunt pinguedinem terrae, quae ex superioribus agris descendit, & quantum aqua fluens deserit. Ita habetur, l. 1. §. id eam. 1. §. item sciendum, l. §. in summa, & apertius, §. vlt. leg. 2. in prin. ff. de aqua pluuia arcenda, & leg. decima quarta, titulo 3. parte tertia. Quae ex primiti, etiam si aqua, quae ita naturaliter descendit, fecum deferat lapides, & alia, quibus noceat agro inferiori, ad nihil teneri dominum fundi superioris. Praeius autem Castrensis, & Oldrandus, ibidem a Gregorius Lopez relati, voluerunt, si aqua naturaliter descendat in magna quantitate, & multum noceat agro inferiori, posse agi aduersus dominum agri superioris actione aquae pluuiae arcendae, ad damnum, atque vt illud impediatur. Ipse vero Gregorio Lopez (tamen non admodum firmus) merito contrarium adfirmat.

Licet enim, quando esset feruitus in vno agro, non quidem naturalis, sed pacto, aut praescriptione, quamque sit, vt sulciperet aquam alterius praedij, aqua, seculi fa ea feruitute, pacto, aut praescriptione, acquisita, reciperet non teneretur, sed agere posset actione aquae pluuiae arcendae, intelligenda non esset ea feruitus, de aqua excessiua, quae tempore progressu flueret, quaeque longe in maiori esset quantitate, quam quae a principio fluebat, & de longe maiori dano, quod temporis progressu ex illa redun daret, quam quod a principio redun daret; quoniam per epicheiam non est censendum, pactum, & concessioem illam feruitutis, ad id incrementum postea sequutum extendi, argumento, si cuius ff. de feruit. imo vero id habetur ex p. l. 2. §. vlt. ff. de aqua pluu. arcen. neque maior feruitus praescriptione censetur acquisita, quam quae illuc utque tempore ad praescribendam requiritur, fuerit permittita, nihilominus longe alter res habet in feruitute naturali, quam inferioris agrum habet ad sulcipiendam aquam naturaliter fluentem ex superioribus, eam quippe tota, siue magna sit, siue parua, & sine multum, siue parua, aut nihil, noceat, sed potius prohi, tenetur sulcipere, quoniam id postulat natura ipsa rei, ac disponitur iura consentanea ad eandem res naturam.

Ex hac quasi naturali feruitute, quam agri inferiori res habent comparatione superiorum, vt sulcipient aquam ex superioribus naturaliter fluentem, prouenit, quod si dominus agri inferioris aliquod efficiat in suo agro, unde impediatur fluxum ac cursum in lum naturalem aquarum ex agro superiori, illa que restagnare retrocedere faciat in agrum superiorum, cursum e mutare, competit domino agri superioris actio aquae pluuiae arcendae: comparatione domini agri inferioris, vt id opus destruat, soluatque damnum, quod ex ea aqua ipsi prouenerit ad puncto litis contestatae. Ita habetur l. 1. §. sciendum, l. ff. de aqua pluu. arcen.

Quando dominus agri inferioris nihil fecit, quo impediretur naturalis cursus aquae descendens ex superiori, sed ipsamet aqua oppleuit naturalem viam qua fluebat, eaque ratione restagnare retrocedere caput in superiorum agrum, illique detrimtum asserre, tunc, quamuis de rigore iuris ad nihil teneatur dominus agri inferioris, ex aequitate tamen cogitur actione vtili aquae pluuiae arcendae, permittit dominum agri superioris purgare i eo

K 2 infe-

inferiori agro viam, qua fluebat aqua, vt eo modo naturaliter fluat, quæ antea fluebat: id tamē fieri debet sine vilo alio detrimento domini agri inferioris. Ita aduersus Labeonem, Paulus Iurifconsultus cū Namula. l. secunda, §. apud Namulam. ff. de aqua plu. arcend.

9 Rursum quamuis (non existente seruitute in agro superiori comparatione inferioris, pacto aut præscriptione, lociue consuetudine, comparata) domino inferioris agri non competat actio aquæ pluuiæ arcendæ comparatione domini prædij superioris, quando aqua ex eo prædio non aliter fluit, quam fluere naturaliter, siue in eo superiori prædio aliquid effecerit, aut opus aliquid destruxerit, siue non: si tamen ex destructione operis, aut ex opere aliquo facta, in eo superiori prædio, aliter aqua fluat, quam fluere naturaliter, quia vel in maiori quantitate fluit, vel fuit vitia, vel fordida, aut calida, & quamuis harum rationum, aut aliqua alia, plus nocet agro inferiori, quam alioquin foret nocitura, tunc domino agri inferioris competit actio aquæ pluuiæ arcendæ aduersus dominum prædij superioris, vt rem carens ad pristinum statum redigat, quatenus non plus noceat, quam nocuisset, si nihil factum, aut destructum fuisset in prædio superiori. Hoc verò sequens exemplum adhibetur. l. 3. in principio. ff. de aqua plu. arcend. Si in prædio superiori non fecerit multum aquæ, sicutque in eo fulonica, hoc est, stagna, & alia necessaria, vt ea aqua res abluantur, neque inde sequatur, aquam aliter fluere, quam naturaliter fluere, si facte non fuissent tales fulonicae, neque plus aliqua alia ratione nocere, quam si eadem fulonicae non fuissent facte, tunc domino agri inferioris nullam competere actionem aduersus dominum prædij superioris. Ceterum si inde sequitur, aquam, quæ ipsam fluebat, fluere vitiatam, & cõcitatorem, eique de causa plus nocere, aut sequitur fluere conspurcã, vel fluere ex eisdem fulonicis, aut ex balneo calidam, ac nocere, tunc potest agere actio aquæ pluuiæ arcendæ, aut etiam actione iniuriarum, vel interdictione vti possidetis, quando conspurcã aut calida fluit. Hæc omnia, præter eius citatum, habentur. l. prima, §. item sciendum. l. 1. & §. sed & si vicinus. ff. de aqua plu. arc.

10 Si in prædio superiori erat agger, vel naturalis, vel manufactus, qui impediēbat aquam descendere ac nocere agro inferiori, tunc sine initij talis aggeris extaret memoria, siue non, si vis aquæ illum destrueret, indeque sequeretur, aquam descendere, ac nocere agro inferiori, saltem plus, quam antea noceret, vtique, quamuis ex iuris rigore nulla actio competet domino agri inferioris; ex æquitate tamen eis conceditur vtilis actio aquæ pluuiæ arcendæ aduersus dominum prædij superioris, vt permittat eum aggerem reficere, si sine notabili suo incommodo ea refectio fieri possit. Ita habetur l. secunda, §. item Varus, & §. quamquam. ff. de aqua pluuiæ arcend. Concinit lex Anteius. §. cum igitur. ff. eodem titu. quæ habet, quando aliquid superioris agri decidit ob loci naturam, absque vilo facto domini, idque in causa est, vt aqua noceat vicini, non tenet dominum superioris agri, nisi permittere, vt sumptibus vicini, sine suo damno, reficiatur. Itemque, si adificium subsederit, idque in causa sit, vt aqua vicini noceat, ad nihil aliud teneri, quam ad permittendum similibus, vt sumptibus vicini, sine suo damno, reficiatur.

11 Quando aqua agri superioris, vel pacto, vel præscriptione, vel loci consuetudine, diuertitur aggeribus, aut fossis, vel aliqua alia ratione, ne descendat in agrum inferiorem, non potest dominus agri superioris eam seruitutem sui prædij impedire. Eiusmodi tamen aggeres, ac fossas, neque facere, neque

A reficere, tenetur dominus agri, in quo sunt, sed vicini tenentur eas facere ac reficere, in quorum comodum sunt facte. Ita habetur l. 1. §. vlt. ff. de aqua plu. arcend. & l. 1. §. tit. 2. par. 3.

12 Quando in agro superiori est fossa iure seruitutis, ne aqua ex eo agro deriuetur in inferiorem, si terra repleatur, aut alijs rebus, ita vt restagnet in agru, in quo est, eique noceat, vicinus, qui in suum commodum illam fecisse videtur, est cogendus eam purgare, ne agro, in quo est, noceat. Ita habetur l. 2. §. apud Anteiun. ff. de aqua plu. arc.

13 Quando ex fundo superiori aqua decurrit non naturaliter in agrum inferiorem, ob seruitutem, quam ad id fundus superior habet in inferiori, siue pacto acquisitam, siue præscriptione, tunc, esto damnum inde recipiat ager inferior, non competit domino illius, actio aquæ pluuiæ arcendæ aduersus dominum prædij superioris. Ita habetur leg. secunda, in principio. ff. de aqua plu. arcend. & l. 1. tit. 3. par. tertia. Porro, cum eiusmodi seruitus continua sit, aut quasi continua, iuxta ea quæ Disputatio. 1. t. dicta sunt, ad eam præscribendam, satis est sine titulo spatium decem annorum inter presentes, & viginti inter absentes, id est, si, aduersus quem est præscribenda, absens sit, vt Disputatio. 70. ostendimus, & in re proposita, affirmat glossa l. prima, §. vltimo, ff. de aqua plu. arcend. habeturque expressè. l. 1. tit. 3. par. 3.

14 Si in agro vicino erat fossa, quæ a tempore, de cuius initio non extat memoria, (idem intellige, si sit pacto, aut consuetudine præscripta) recipere solebat aquas decurrentes ex agris vicinis, & quod terra, lapidibus, aut alijs similibus rebus, eliet oppleta, aqua restagnaret in agris vicinis, nec pateretur eam à vicinis purgari, agi aduersus eum posset actio de aqua pluuiæ arcendæ, vt vel purgari pateretur, vel ipse eam purgaret, & agi insuper posset ad damna subsequuta à lite contestata. Si autem in confinio duorum agrorum esset fossa, vtique agros communis, in quam aquæ confluerent, & cum vicinus eorum purgare vellet partem, quæ ad vicinum attineret, ne aqua in suum restagnaret agrum, alter id impediret, competeret aduersus eum actio aquæ pluuiæ arcendæ. Vtrumque habetur l. secunda, §. 2. apud Labeonem, ff. de aqua plu. arcend. & l. 1. tit. 3. par. tertia. vbi additur, si fossa sit communis multo rum agrorum, in omnium vtilitatem facta, vt quia eo confluant aquæ duorum agrorum, atque elaborantur, tunc vnumquemque vicinum teneri purgare partem, quæ per suam agrum pertinet, aut contribuere cum vicino, qui agrum habet ex altera parte, quando fossa pertinet inter duos agros diuersorum vicinorum in vtriusque vtilitatem, atque ad hæc cogendi sunt vicini, quia, quod in communem vtilitatem aliquorum est factum, aut interuit communi eorum vtilitati, sumptibus communibus eorumdem est pro rata reijciendum, ac conferendum. Idem dic de aquæ ductu ad irrigandum. Ita habetur l. 1. §. citata, idque confirmat ibi Gregor. Lopez argumento. leg. sed & loci. §. sed et. ff. finium regund. & l. ex parte, in principio, ff. fami. erciscund. Atque inde cum Bart. insert. si reficiatur fluminis obstaculum, quo aqua decurrit ad diuersa molendina, (septum appellatur. l. prima, in princ. ff. de rius, ab Accursio ibi vers. excogitata, & ab alijs scilicet nuncupatum. Hispanæ verò præsa dicitur) dominus eorum molendinorum cogendus esse contribuere ad eos sumptus pro rata.

15 Quando damnum prouenit agro alicui ex aqua ob opus factum in alio prædio a tempore, de cuius initio non extat memoria, vel à tanto tempore, quantum satis sit ad præscribendum, vt aqua eo modo in eum agrum fluat, tunc non competit domino eius

eius agri actio aquæ pluuiæ arcendæ. Ita habetur l. 2. §. Cassius. l. quod principis. ff. de aqua plu. arcend. & l. 1. tit. 3. par. tertia. Quomodo autem sit probandum, aliquid esse à tempore, de cuius initio non extat memoria, habetur eadem l. secunda, §. idem Labeo. 2.

16 Si ex opere facta in agro, in quo seruitus itineris debetur prædio meo, aut ex opere facta in vicino alio prædio, sequatur aquam reddere deteriorem eam viam, potest tunc nomine mei prædij, cui ea seruitus debetur, agere actione aquæ pluuiæ arcendæ, quatenus id redundat in detrimentum mei prædij. Ita habetur l. 1. §. cuius. ff. de aqua plu. arc.

17 Quando aggeres sunt iuxta flumina in priuato, id est in ripa, quæ iure proprietatis est eius, qui illos facit, vt glossa §. aggeres citando exponit, ripæ enim fluuiorum, licet quoad vltimam publicæ sint, quoad proprietatem tamen eorum sunt, quorum sunt prædia, quæ ad illas terminantur, vt habetur in tit. de rerum diuisio. §. riparum. l. riparum. ff. eodem titu. & l. riparum. ff. de acquir. rerum domin. Intelligit, nisi via publica sit relicta inter prædia & ripam: nam tunc ante ripam terminantur prædia: viaque & ripa, etiam quoad dominium & proprietatem, communia manent.

18 Quando inquam, aggeres sunt iuxta flumina in priuato, in sensu proximè explicato, tunc, si inde proueniat detrimentum alijs agris, etiam qui sunt in vltiori parte fluminis, quia scilicet aqua fluminis, obstaculo eorum aggeris, maiori vi repellitur, inundatque agros aliorum, aut vi tua ripam, quæ ad aliorum agros terminatur, partemque eorum agrorum consumit, eam partem conuertendo in alueum ac ripam; tunc dominis eorum agrorum competit actio aquæ pluuiæ arcendæ aduersus eum, qui eos aggeres fecit, vt eo usque illos destruat, quantum satis sit, vt non noceant, & vt soluat damna inde à puncto litis contestate subsequuta. Obiter obseruanda, pro damnis datis ante litem contestatam, competere actionem legis Aquiliæ subsidiariam, seu in factum, vt habetur l. prima, ff. de ripa munienda. Quod similitur intellige in alijs euentibus, in quibus dictum est, & dicitur, locum non esse actioni aquæ pluuiæ arcendæ quoad damna data ante litem contestatam. Additur §. aggeres citando, id intelligendum esse, modo non sint facti à tempore, de cuius initio non extat memoria, & modo fieri non deberent. Glossa vltima ibi exponit, iure facti, vel nature, vel etiam nimie vetustatis. Hæc habentur leg. quod principis. §. aggeres, & consentit l. prima, §. Neratius. ff. de aqua plu. arcend. Et quidem si interuenisset pactum cum vicinis prædiorum, quibus nocent, vt tales aggeres ita fierent, aut si legitima interueniret præscriptio, vt flumen ob illos eo modo fluere, nullum potest esse dubium, locum non habere actionem aquæ pluuiæ arcendæ. Textus autem in §. aggeres citato, illis verbis; Ita, si memoria eorum extet, & si fieri non deberent; tanquam distinctum titulum excipit, si iure facti, à titulo legitime præscriptionis. Vt verò melius intelligas, quando iure censendi sint facti, vt iuxta eum textum locum non habeat aqua pluuiæ arcendæ, obserua.

19 Vt habetur l. prima, & tertia. ff. de fluminibus, & l. prima, ff. ne quid in flumine publico. Flumina, licet aliquando latius fumantur, præse tamen sumpta, distinguuntur à riuis, & à torrentibus. A riuis quidè distinguuntur magnitudine, decurrit quippe aquarum, si paruis sit, riuis nuncupatur non verò flumen. Vt verò aliquid decurrit aquarum riuis sit censendus, qui flumen, multum facit incolarum exitumatio, qui eum riuis reputent, ac appellent, vt habetur l. 1. ff. de fluminibus. Flumen verò à torrente Tom. III. Pars Posterior.

A rente distinguitur, quòd flumen per se sit, semper ve fluat, esto raro aliquando in aitate aliqua exarefecat. Torrentis verò est, qui regulariter exsiccat in aestiuis.

20 Flumina publica illa dicuntur, (vt Vlpianus l. 1. citata cū Cassio & Cello probabile existimat) quæ riui non sunt, suntque perennia, ac proinde à torrentibus præse distincta. Dixit, id esse probabile: quoniam arbitrio prudētis est relinquendum, num tantus sit aliquid decurritus aquarum, tametsi aestiuis regulariter ob ariditatem terrarum, quas percurrit, exsicceat, vt flumen publicum nihilominus sit censendus ac nuncupandus. Sola autem flumina publica inter loca publica computantur, vt additur l. 1. citata, de quibus proinde folis intelliguntur interdita, quæ aliquid in eis fieri prohibent auctoritate priuata, etiam ab habentibus prædia vtinque.

21 Ripa autem fluminis, vt habetur eadem l. 1. & 3. ff. de fluminibus, est, quod continet vtrinque flumē quoad suum cursum naturalem, alueumque quæ proinde illius vtrinque terminat. Atque ad ripam spectat, quod, prudētis arbitrio, à piano terras, in quo prædia censenda sunt finiri, vergere incipit vsque ad aquam, vt habetur l. 3. citata. Et cum ripa fluiorum publicorum, loca publica sint, quoad vsum necessarium, licet non quoad proprietatem, vt dictum est, quemadmodum & fluij ipsi publici, id totum censendum est locus publicus, saltem quoad vltimam, non verò terra, seu prædia, quæ sunt iuxta eiuusmodi ripas, vt eadem leg. 3. habetur. Dicitur autem est, quod continet vtrinque flumen quoad cursum suū naturalem, esse ripam illius: quoniam, si aliquando exundet, & longè plus occupet, vtique tunc incut, quod de nouo occupat, nõ dicitur alueus illius, neque proinde efficitur locus publicus, sed manet priuatus quoad dominium & possessionem, vt antea erat; ita neque, quod tunc aquas vtrinque terminat, est ripa eius fluminis, efficiturque locus publicus, sed manet priuatus, vt antea erat, vt eadem l. 1. citata subiungitur.

22 Quando autem flumen publicum dilatat suum alueum, ita quod plus incipit occupare, non ad breue tempus, sed simpliciter ac permanenter, vt quia alueus antiquus repletus est multa arena, aut quia vis aquæ consumpsit partes prædiorum ripæ vicinorum, easque in alueum conuertit, vel aliqua de causa, tunc id, quod ita ex prædij vicinis conuertit in alueum, aut in ripam, locus etiam publicus efficitur. Si autem eisdem, aut alijs de causis, flumen mutet alueum, quia permanenter alio fluit, tunc is alueus & ripa, quibus de nouo continetur, incipiunt esse loca publica: antiquus verò alueus, si eum omnino deserat, & ripa, quibus continetur, desinunt esse loca publica. Ita subiungitur eadem l. 1. citata. Lege que Disputat. 77. dicta copiosè de rebus sunt, ex quibus ea melius intelliges, atque illis hæc adiunge.

23 Si fossa flumini publico fiat, per quam vel tota, vel pars magna fluat, quæ publici fluminis, & non riui, rationem, iuxta ea, quæ dicta sunt, retineat, ea etiam fossa locus est publicus, sicut & flumē ipsium, vt eadem lege subiungitur.

24 Quod in aqua fit, dicitur fieri in flumine: quod verò fit extra aquam, non dicitur fieri in flumine, sed in ripa, si in illa sit factum, vt etiam eadem lege subiungitur.

25 Deinde fluuiorum quædam sunt nauigabilia, quia naues, aut alia nauigia, in eis recipiuntur, aut quia ratibus saltem nauigantur. Et quædam non sunt nauigabilia. Atque horum quædam cum alio efficiunt flumen nauigabile, neque valde distant, vt in illud influant: quæ verò talia nõ sunt: Ita distin

guitur, l. prima citata, iuncta l. secunda.
 His ita constitutis, lege. i. citata iuncta. l. 1. & iun-
 ctal. cum autem §. si fluminis. ff. de aqua plu. arc. cir-
 ca. l. flumina navigabilia, aut quæ cum alio, in quo in-
 flumne, efficiunt flumen navigabile, sequens interd-
 ctum statuitur, continens duas partes, prohibitoria
 vna, & restitutoria altera. Prior pars est. Ne quid
 in navigabili flumio, neque in eius ripa, fiat, quo ita
 in navigabilium, id est, locus, in quo stare solet ancho-
 ris defixis tanquam in parte tutiori, aut aptiori, dete-
 rior fiat, neque fiat aliquid, quo iter nauigiorum per
 flumiū fiat deterius. Id autem fieret, si vel aqua eius
 fluminis, aut alterius, quod in illud influit, efficitque
 illud nauigabile, extraheretur, aut diuerteretur, ea-
 que ratione minor aquæ copia maneret in statione,
 aut in flumine, ita vt nauigia solum aluicum ve-
 congerent, difficiliorque, aut periculorior, esset statio
 in eo flumine, vel nauigatio per illud, vel si aqua ita
 occuparet maiorem aluicum, vt in singulari illius par-
 tibus minor esset, minusque apta vt per illam nauiga-
 retur, vel si aqua constringeretur in minori aluico, ra-
 pidiorque redderetur, ea que ratione, aut alia, minus
 apta ad nauigandum redderetur. Denique id omne
 fieri prohibetur in ripa, aut in flumine, vnde statio,
 aut nauigatio per illud deterior reddatur. Posterior
 verò pars interdicti est. Vt si quid tale factum sit, re-
 stituantur res in pristinum statum, celetque id dam-
 num stationis aut nauigationis per id flumen.

Lege. i. titulo 10. libr. 7. nouæ collect. sic habetur,
*Mandamos, que qualquier conseruio persona particular,
 que cerrare, o embargar, las canales, y los rios, que en-
 tran por los terminos de las ciudades y villas, por donde
 suelen andar los nauios y pescadores, y aprouecharse del-
 los de otros officios, de que communmente acostumbra apro-
 uecharse dellos los rios, y de las aguas, para la
 nueuestra camara, y de baxa el embargo que fuere hecho
 del dia que le fuere denunciado dentro de treinta dias
 a su propria costa, en tal manera que quede de embargo
 lo que antes solia ser, y esto sera cumplido lo pe-
 na de la nueuestra merced: saluando ende aquellos aque-
 llos, que mostraren priuilegios de los Reyes, donde nos ve-
 nimos, para lo poder fazer, y como les fue otorgado por
 ellos, o faziendo en ellos mencion, como se los da por iura
 de heredad.*

Lege autem, i. ff. ne quid in flumine publico, quo
 ad omnia vniuersum flumina publica, siue nauigabi-
 lia sint, siue non, sequens interdictum statuitur. Ne
 quid in flumine publico, vel in eius ripa, priuata au-
 toritate fiat, quo aqua cum detrimento vicinorum
 incolarum, habentium ad ripas illius prædia, aliter
 fluat sequenti ætate, quam præterita, vel rapidior,
 ita vt prædij aliorum detrimentum inferat, vel ali-
 qua alia ratione aliter cum eorundem detrimento. Fit
 autem comparatio cursus fluminis in ætate, quæ fe-
 quitur post opus factum in eo, aut in eius ripa, cum
 cursu anterioris ætatis eiusdem fluminis, ut videat-
 ur, an ex opere illo cursus fluminis sit mutatus cum
 vicinorum detrimento: & non sit comparatio cur-
 sus fluminis in hyeme: quoniam, vt in eadem lege
 subiungitur, naturalis cursus fluminis non is est, quæ
 habet tempore hyemis, quando exundat: fas quippe
 est vnicuique prædium suum tueri præcisè aduersus
 inundationes: & non sit comparatio fluminis in
 ætate teneris: quod tamen, qui se ita tueri,
 non mutat cursum naturalem fluminis, quem in æ-
 tate teneris solet, quando inundationes illius non
 sunt. Nominè autem ætatis, in re proposita, vel in-
 telliguntur tres menses anteriores, qui terminantur
 ac finiuntur in æquinoctio hyemali mensis Septem-
 bris, vel intelliguntur sex menses ab æquinoctio ver-
 nali mensis Martij vsque ad æquinoctium hyemalè

A mensis Septembris, vt notat glossa ibi verb. refer-
 tur, & approbant Barto. & alij, quo tempore cursus
 naturalis fluminum spectari debet. In eadem lege
 subiungitur altera pars eiusdem edicti restitutoria,
 vt scilicet, si aliquid factum sit in flumine publico,
 aut in eius ripa, quod cursum illum naturalem, modo
 explicato, cum aliorum detrimento mutet, id de-
 struatur, ac restituantur in pristinum statum, damna-
 que data soluantur.

In eadem lege deciditur quæstio, ad rem nostram
 attinens, occasione cuius tam multa dicta sunt. Quo-
 rit Vlpianus, si quis faciat opus ad tuendam ripam,
 suumque proprium prædium, quod prædium dam-
 num magnum ex flumine patitur, ut si aggeres in flu-
 mine ipso & in ripa faciat, quibus futurum prædium,
 ripamque, que ad illud terminatur, defendat: inde-
 que sequatur, cursum fluminis mutari cum præiudi-
 cio aliquo prædiorum vicinorum, num tueri fe-
 possit aduersus vicinos, prohibentes eos fieri, aut contē-
 dentes postquam facti sunt, vt destruantur, exceptio-
 nes, quod id factum sit, ad tuendam ac muniendam
 ripam prædio suo coniunctam, defendendumque; pro-
 prium prædium, (vt enim habetur. l. vnica. ff. de ripa
 munic. vnicuique fas est, ripam suam, prædiumque
 suum munire, quod necessarium ad id fuerit, in flu-
 uio & in ripa efficiendo, modo inde deterior nō fiat
 nauigatio, & modo caueat vicinis de dāno infecto,
 si quod damnum timent liti prædij inde euentu-
 rum) an verò admittenda non sit talis exceptio, sed
 eo ipso, quod aggeres illi cursum fluminis naturæ
 C præiudicio aliorum mutant, impediendi omni-
 no sint, ac destruedi, si fuerint facti. Relata verò ab
 Vlpiano sententia quorundam asserentium, nihil im-
 pediente ea exceptione, impediendos destruedos-
 que esse, Vlpianus ipse definit, attendendum esse præ-
 iudicium ac damnum, quod is, qui eos aggeres facit,
 ab eo flumine patitur, conferendumque esse cū alio-
 rum præiudicio ex ijs aggeribus, & ex ea cursus flu-
 minis mutatione, atque, si inueniatur, longè maius
 esse damnum, quod ex eo flumine patitur, quod ex ag-
 geres facit, quam sit damnum, quod ex eisdem ag-
 geribus alijs obuenit, impediendos destruedos-
 que non esse, sed consulendum esse potius vilitati
 illius, ceterum sine iniuria aliorum: quoniam
 præcipiendum ei est, qui eas aggeres facit, vt a-
 lijs compenset damnum, quod inde eis prouenit.
 In hoc itaque euentu, & in quocunque alio, in
 quo sunt, publica interueniente autoritate ob maius
 bonum commune, aut quando facti sunt ex confen-
 su eorum, quorum prædij fluminis propter illos noc-
 cet, intelligo verba illa Pauli iuriconsulti, leg. quod
 principis §. aggeres, ad que explicanda, hæc omnia
 dicta sunt.

Ex dictis quoque intelligitur, non repugnare. §.
 aggeres citato. legem secundam, §. penultimo, ff. de
 aqua pluuiæ arcenda. Vbi habetur, si aliquis, opere
 in suo prædio facto, aquam torrentis euerat, ne
 suo prædio noceat, esto inde sequatur, eam aquam
 nocere prædio vicini, non teneri illi actione aque
 pluuiæ arcende, si id fecit, ne sibi noceret, non verò
 animo nocendi prædio vicini. Ibi enim non est ter-
 mo de flumine publico, in quo non licet facere ali-
 quid, neque in eius ripa, quo cursus illius naturalis,
 qualis est, quem habet tempore ætatis, mutetur cum
 damno vicinorum, sed est sermo de torrente, cuius
 inundationes licet cuique auertere a prædio suo, ne
 ei noceant, illis obitaculum apponendo, etiam si per
 accidens sequatur, quod vicinis noceant, modo, sine
 vilo proprio commodo, non fiant animo nocendi
 vicinis. Atque iuxta hæc sunt accipienda, quæ
 hac de re Gregorius Lopez. docet. leg. decimaquar-
 ta, titulo trigesimo secundo, parte tertia, glossa pe-
 nultima.

Illud

30 Illud admonerem, Capollam de seruitutibus ru-
 ficis. c. 4. sæpe admonere, ad præscribendam serui-
 tutem, aut quasi feruitutem, aduersus rem aliquam
 publicam, vt circa aquam publicam, aut locum pub-
 licum, etiam si id feruitus, aut quasi feruitus, sit con-
 tinua, vel quasi continua, non satis esse spatium de-
 cem annorum inter præsentem, & uiginti inter ab-
 sentes, sed necessarium esse tempus, de cuius initio non
 extat memoria.

31 Hinc est dubium, num vt præscribatur mutatio
 cursus naturalis fluminis ex aggeribus in eo, & in ri-
 pa illius, factis cum vicinorum detrimento, iuxta le-
 gem quod principis. §. aggeres. ff. de aqua plu. arc.
 necessarium sit tempus, de cuius initio non extat me-
 moria, vt aperte exigere videtur. §. aggeres citatus:
 an verò sufficiat spatium decem annorum inter præ-
 sentes, & viginti inter absentes. Et quamuis serui-
 tus illa, vt vicini patiantur eam fluminis cursum ex
 talibus aggeribus, sit continua, aut quasi continua,
 atque fit de solo damno vicinorum aggeretur, neque
 aqua illa fluuiusque ille esset publicus, sufficeret tē-
 pus decem, aut uiginti annorum, vt ea feruitus aduer-
 sus illos præscriberetur: quia tamen sua illorum inter-
 res, cursum fluminis publici non esse mutatum, cre-
 do, quatenus id damnum prouenit ex cursu fluminis
 publici mutati, non præscribi eam mutationem cum
 illorum damno, minori tempore, quam de cuius ini-
 tiu ac significet. §. aggeres citatus, & cū ad præscri-
 bendam publicam rem, non minus tempus sufficiat
 vt Disp. 707. dicitur.

32 Quando iussu principis aut senatus (intellige siue
 immediatè id precipiant, siue per alium ab eis anto-
 ritate ad id habentem) opus aliquod est factum,
 tunc, esto ex illo sequatur aquam vicinis agris noce-
 re, non competit actio aque pluuiæ arcende eis, qui-
 bus ita aqua nocet. Ita habetur. l. 2. §. Catius, & l.
 quod principis in prin. ff. de aqua plu. arc. Principes
 tamen, & potestates aliæ ab eis deriuata: id præcipe-
 re non debent nisi in magnum commune bonum,
 factaque compellatione ijs, quibus detrimentum in-
 de sequitur, contribuerique ad id debet alijs, in quo-
 rum commodum id fit.

33 Si in loco omnino publico, quoad directum scilicet
 & utile dominium, sit factum opus, ratione cuius
 aqua noceat, tunc non competit actio aque pluuiæ
 arcende: quoniam ea datur aduersus dominium
 loci, in quo id opus est factum, quod locum non ha-
 bet in loco aliquo priuato aqua noceat alteri agro,
 mediante aliquo publico loco interiecto, per quem
 transeat, tunc actio aque pluuiæ arcende competit
 aduersus dominium loci priuati, in quo id opus factū
 est. Ita habetur. l. apud. §. aque pluuiæ, & l. si in pu-
 blico. ff. de aqua plu. arc. Obserua tamen, agi posse
 interdicto quod ut clam, aduersus eum, qui priua-
 ta autoritate id in loco publico fecit, vt iuxta. l. vim
 facit. ver. vit. ff. quod vi aut clam, affirmat gloss. l. si
 in publico citata, verb. non potest. Neque video cur
 hic non sit cogendus solutè damna, & destruerè
 suis sumptibus opus illud in loco publico factum, si
 eut dicemus de eo, qui in alieno loco priuato idem
 facit, domino loci noceat id iubente, neque ratum id
 habente, vt infra dicitur. Competit præterea aduer-
 sus eum actio legis Aquilæ subsidiaria in factum, ad
 damna ex eo opere culpa illius sequuta.

34 Quando aliquis opus fecit in suo prædio priuato,
 vnde agro meo aqua nocet, que per agrū priuatum
 alterius intermedium in meum deriuatur, tunc age-
 re possum actione aque pluuiæ arcende, vel contra
 eum, qui id opus fecit in suo prædio, vnde aqua mi-
 hi nocet, vel contra dominum agrī vicini, vt maluo-
 ro. Ita habetur. l. si tertius in prin. ff. de aqua plu. arc.

A Merito tamen glossa vlt. ibi & Barto. id intelligitur,
 quādo dominus agrī vicini vult eam aquam suscipere.
 Quando autem in potestate sua non est eam non
 suscipere, quia necessario, ipsove non valente eam
 impedire, fluit in agrum suum, & per suum in meū,
 nulla actio com- petit mihi aduersus eum, eo quod ab-
 que vlla fit culpa, ad solum competit aduersus fer-
 tium, qui opus fecit, ob quod fluit ac nocet, vt satis
 perspicue docet. l. 2. §. idem Labeo. ff. ne quid in lo-
 co publi.

Quando aliquis, fructuum percipiendorum cau-
 sa, aliquid facit in suo agro, quod ad id necessarium
 vtile sit, etiam ad herbam ac pastum, modò tamen
 non faciat aliquid ad id minime utile ac conducens,
 aut animo nocendi vicino; tunc, esto inde sequatur
 aquam, quæ inde elabitur, nocere agro vicino, non
 competit vicino actio aque pluuiæ arcende, idque in
 agriculturæ fauorem. Vt si quis suum agrum con-
 uertat in pratium, quod ad herbam sit necesse rigare
 sepius, quā antea solebat, ea que ratione aqua fe-
 pius descendat in vicini agrum, illique noceat. Vel,
 si arando suum pratium, aut alium suum agrum, cau-
 sa fructuum percipiendorum, sulcos faciat, aut etiam
 portas (alij textus portas habent) hoc est, sulcos lato-
 res & profundiores, qui in locis, vbi aqua pluuia
 multum sæpe nocet, vt in Lusitania, fieri fluit in-
 teralariter inter sulcos aliquos ex confusis, quod aqua
 confluat à sulcis minoribus, & per eos maiores
 labatur, exeatque agrum, ne humiditas nimia suffo-
 cet sementem, ac opprimat fata; tunc, esto id in cau-
 sa fit, vt aqua ita dilabens noceat agro vicino, in quo
 recipitur, non competit vicino actio aque pluuiæ ar-
 cende. Et forte eiusmodi porte sunt, quas lex. i. §.
 Labeo etiam, in fine, appellat sulcos aquarios. At-
 que in locis, vbi eiusmodi porte sunt, sulci confusivi
 esse solent profundiores, quam sint in locis pingui-
 ribus, & vbi aqua non nocet, sed potius prodest, vt
 nocere non solet in hoc Castelle regno. Vnde in Lu-
 sitania, vbi porte illæ aliquando sunt, sulci confusi-
 ui profundiores sunt, quā in Castellæ, vt eis labatur
 aqua, semenque non manet in profundo sulci confu-
 si, ne suffocetur & opprimatur nimia humiditate.
 Quod si sulci, ac porte, stant, non decliues versus
 locum inferiorem, sed stant transuersales, vt aqua
 ad latus, & quasi æqualis, fluat in agrum, qui est ad
 latus, tunc impediri possunt actione aque pluuiæ ar-
 cende à domino agrī, qui est ad latus, nisi necesse sit
 ita fieri ad melius fructus in eo agro percipiendos,
 in quo eo modo sunt. Hæc habetur. l. i. §. de eo
 opere, & quatuor sequentibus. l. 3. §. si vicinus, & di-
 lucidius ac melius. l. vicinus. ff. de aqua plu. arc.

35 Seruitute non existente, que aliud habeat, vnicui
 que fas est, aquam, quæ in suo fundo oritur, aut quæ
 ex alieno fundo in suum deriuatur, sibi retinere, nec
 sincere deriuari in fundum alienum, idque efficien-
 do in suo fundo opus, quod ad id voluerit, dummo-
 do nihil ad id efficiat in alieno fundo. Quoniam id
 est iure suo vti, sibi que prodest, non nocendo alteri,
 cui ea aqua minime est debita. Si tamen animo
 nocendi vicino id fieret, & non iure suo vtendi, tunc
 actione de dolo ex iuris æquitate in commune bonum
 prohiberetur, iuxta ea, que mox subiungemus. Ita
 habetur. l. i. §. ij dem aiunt. 2. & §. i. ff. de aqua plu. arc.

37 Si tamen aqua esset publica, quæ ad irrigandum
 prædia inferuieret, vt omnes eo beneficio participa-
 rent, aut certa lege statuta ac præscripta qualiter in-
 ter prædia esset diuidenda, aut sine tali lege præscri-
 pta, tunc nefas esset, vnum totam eam aquam sibi vsur-
 pare, aut plus ex illa in detrimentum aliorū, ad quos
 inde dilabatur, quam par sit, aut efficere aliquid in
 suo prædio, vnde cursus, & deriuatio illius, in aliud,
 aut in alia prædia, impediretur, agique aduersus illū
 ca

ea de causa possit actione aquae pluviae arcedae, vt ex se est notissimum, & habetur. l. 14. ti. 3. par. 3.

38 Quando aliquis in agro suo praefcindit uenas, vnde aqua deriuatur in fontem, aut in puteum vicini, aut fodit puteum in praedio suo, eaque ratione in causa est, vt aqua putei vicini in suum puteum confluat, aut suo vitur, nisi esset seruitus constituta. vnde de his non liceret, eaque de causa non competit aduersus eum actio aquae pluviae arcedae. Si tamen solo animo nocendi uicino id efficeret, (quod praefumitur, quando sine villo suo emolumento id faceret, vt cum Paulo Castrensi notat Gregor. Lopez. l. 19. ti. 2. par. 3.) tunc ex iuris aequitate actione de dolo prohiberetur, cogereque rem ad statum pristinum reducere. Ita habetur. l. 1. §. ij. dem. aiant. 2. & l. si in meo. ff. de aqua plu. arc. l. fluminum. §. vlt. & l. Proculus. ff. de dam. ini. & l. 19. citata.

39 Quando aliquis actione aquae pluviae arcedae cogitur destruere opus, vnde aqua nocet, solum tenetur id destruere, redigere rem in pristinum statum, quantum praesens sit satis, vt aqua deinceps non noceat. Ita habetur. l. si usufructuarius. §. non aliter. ff. de aqua plu. arc.

40 Quando post litem contestatam de aqua pluviae arceda, factum est aliud opus, si ex illo nouum nocumentum timeatur, noua actio erit intentanda. Ita habetur. l. Anteus. §. vlt. ff. de aqua plu. arc. Quando vero post litem contestatam factum est aliquid aliud, quod destrui sit necesse ad illud aliud opus destruendum, ob quod litis est contestata, tunc simul eatenus destrui debet, quod post litem contestatam est factum, quatenus necesse sit ad illud aliud destruendum. Ita habetur. l. sed interdum. ff. eo. tit.

41 Quando dominus ipse fundi, in quo opus est factum, pro quo competit actio aquae pluviae arcedae, illud fecit, aut fieri mandauit, vel ratum habuit noie suo esse factum, tunc sumptibus illius destruendum debet, & factioque debent damna, post litem contestatam, in de subsequuta. Idem dicit de haerede illius post mortem eius: reputatur enim ac si ipse id opus fecerit, ad effectum, vt de bonis defuncti teneatur illud destruere, & soluere damna subsequuta. Ita habetur. l. quam. §. de Iulianus. l. si colonus, & l. tertius. §. Cel sus. ff. de aqua plu. arc. Neque licetur ab opere de struendo, & ad soluendum damni post litem contesta ta sequuti, si dicat, se cedere praedio, in quo id opus fecit. Ita habetur. l. is cum. ff. de aqua plu. arc.

Quando vero alius, domino praedij nec tacite nec expresse iubente, nec ratum habente, id opus fecit tunc dominus praedij solum tenetur pati, vt id opus destruatur, quantum satis sit, vt damnum cesset; no tamen tenetur soluere expensas necessarias, sed vicinus ad eas, & ad damna sequuta, agere potest aduersus eum, qui id opus fecit, actione quod ui aut clam, imo & actione in factum legis Aquiliae subsidiaria. Quod si dominus praedij ex demolatione eius operis damnum alijs rebus suis timeat, petere poterit, vt, antequam destruat, sibi caueatur de damno infecto, neque aliter pati tenetur, vt demolatur. Quo loco obserua. Quae dicta sunt de supradicta precedente, de missione in possessionem ex primo & ex secundo decreto, quando aliquis non vult cauere de damno, quod ex re illius timeatur, intelligenda esse de damno, quod ex eo timeatur, quod periculum sit, ne res facta contrahat ac noceat: non vero de damno, quod timeatur ex re, quam facere, augere, aut demoliri aggre ditur: in his enim euentibus cogendus omnino est, ea non aggredi, aut ab eis incipere omnino desistere, vel cauere statim de damno infecto, quod inde timeatur, vt in eo exemplo, & in alijs, quae subij cimus, iuxta iura citata: id quod perspicue ipsamet na tura rei est ligata. Quod si mancipium domini praedij id opus fecit incilio, nec ratum habente domino, sic

dominus praedij tenetur suis expensis id opus demoliri, & soluere damna subsequuta, vel mancipium pro eis expensis, ac damnis, noxae dare. Si autem, qui id opus fecit, erat colonus domini praedij, aduersus illum est agendum vt soluat expensas & damna. Si autem dominus praedij loco illius ea soluerit, tunc agere poterit aduersus illum actione locati, aut etiam negotiorum gestorum, ut ea ipsi perfoluat; & eodem modo a quo cunque alio extraneo, qui idem opus similiter fecisset, possit repetere eas expensas pro eo factas actione negotiorum gestorum. Hac habetur. §. idem Iulianus. l. si colonus, & §. Celsus. citatis. Quando procurator vniuersalis domini praedij id opus fecit, sine domini mandato ac uoluntate, & scientia. l. quamquam citata. §. vt. videtur statui, domi num ob procuracionem vniuersalem illi datam, teneri ad expensas & damna, sed posse illa repetere a suo procuratore interdicho quod ui aut clam, vicinique eodem interdicho agere poterit aduersus eundem procuratorem, vt illa sibi soluat, si maluerit agere aduersus illum, quam aduersus dominum praedij.

Quamuis actio aquae pluviae arcedae directa, & quae de summo iuris rigore conceditur, solum competit proprietario, & aduersus proprietarium, non vero usufructuario, & aduersus usufructuarium, quod ad vnum pertinet proprietaria, & ad alium solus usufructus, si vel tali agro aqua ex opere facta in uicino praedio noceat, vel ex opere facta in eo agro aqua noceat vicino agro, vt illis tamen actio competit usufructuario, tum aduersus proprietarium, si in eo ipso agro opus efficit, vnde aqua usufructui eius dem agri noceat, tum etiam aduersus vicinum, si in uicino praedio opus faciat, vnde aqua similiter eidem usufructui noceat. Competit item utilis actio aduersus usufructuarium aquae pluviae arcedae, si in praedio, in quo usufructum habet, opus efficit, vnde aqua vicino agro noceat: in quo euentu dominus agri vicini agere poterit actione directa aduersus proprietarium, si potius eligat aduersus illum, quam aduersus usufructuarium, agere. Ita habetur. l. 3. §. vlt. & copiosius. l. si usufructuarius. ff. de aqua plu. arc.

Obserua tamen, quando aliquis emphyteuta efficit, aut feudatarius, praedij alicuius, tunc quia ad ipsum integre ac plene spectaret dominium vile eius praedij, vtique eidem competeret directa actio aquae pluviae arcedae, si agro, cuius haberet emphyteusim, aut feudum, aqua noceret ex opere facta in praedio vicino: similiterque competere aduersus ipsum eadem directa actio, si ex opere ab eo facta in praedio emphyteutico, aut feudali, aqua noceret vicino agro. Ita habetur. l. quod principis. §. haec actio. ff. de aqua plu. arc.

Quamuis directa actio aquae pluviae arcedae solum competit aduersus dominum facientem opus in praedio, vnde aqua uicino agro noceat, si tamen quis aedificet sepulchrum, illationeque defuncti in illud, dominium amittat, eo quod locus sacer fiat; at quae ex eo opere facta aqua noceat vicino agro; domino agri vicini competit actio aquae pluviae arcedae: vt id opus destruat, quoniam satis est, quod illud effecerit, quando erat dominus loci ac aedificij illius antequam faceretur. Quod si infusus iudice, illud destruat, non tenetur de sepulchro uiolato. Hac habetur. l. quamquam in prin. ff. de aqua plu. arc.

Quando praedium, in quo factum est opus, vnde aqua agro vicino nocet, commune est multis quoad dominium, aut ager, cui nocet, est communis multis competitque actio aquae pluviae arcedae: est distinguendum. Quoniam, vel agitur ad opus destruendum, atque vt res redigatur ad statum, in quo antea erat, ita vt agro vicino aqua non noceat: vel agitur ad damna ex eo opere subsequenda. Si agatur ad opus destruendum, tunc vnusquisque eorum, cuius est

ager, cui aqua nocet, potest agere in solidum aduersus vnumquemque eorum, qui id opus fecerunt, vt integrum opus destruat, & poterit agere aduersus multos eorum, & aduersus omnes simul, vt illud destruant, vt ipse uoluerit; & omnes, qui domini sunt agri, cui aqua nocet, possunt etiam agere simul aduersus singulos, aut aduersus omnes simul dominos praedij, qui id opus in eo fecerunt, prout maluerint. Si tamen vnus eorum, qui id opus fecerit, illud destruat, aut quidam eorum illud destruat, cessat actio aduersus ceteros: ceteri tamen, qui illud fecerunt, mandauerunt, aut ratum habuerunt esse factum, con tribuere huius actione communi diuidendo ac negotiorum gestorum tenentur partes proportionales eorum sumptus, illi, aut illis, quo loco omnium illos te ceerunt. Dixi, posse agi in solidum aduersus singulos, aut aduersus omnes, qui id opus fecerunt: quoniam, si aliqui eorum, nec tacite, nec expresse, confenserunt, vt id opus fieret, aduersus eos agi non potest, vt illud destruant, aut vt ad expensas contribuunt, sed solum vt patiantur destrui: poteruntque petere, vt sibi caueatur de damno infecto, si ex demolatione damnum timeant. Si vero agatur ad damna ex eo opere subsequenda, singuli domini agri, cui damnum est illatum, agere possunt ad partem solum damni, quae ipsum contingit, & omnes simul ad totum damnum. Itemque aduersus singulos dominos, qui id opus fecerunt, agi solum potest, vt vnusquisque solum contri buat partem damni, quae ad ipsum soluere spectat. Quod si vnus eorum sua sponte soluat, totum damnum, (neque enim cogi ad id potest) tunc actione negotiorum gestorum potest a reliquis petere, quod loco illorum soluit. Hinc sequitur, quod si duo habeant agrum communem, & ex opere facta in praedio vicino, proprio vnus eorum aqua ei agro noceat, alter petere ab illo possit, vt totum quidem opus destruat, ceterum non potest petere, vt soluat, nisi partem damni, quae ipsum contingit. Hac omnia, praeterquam quod perspicua sint, & consentanea re ra rationi ac equitati naturali, constant, ex l. si tertius. §. si ex pluribus, & §. inde sequitur. l. supra iter. §. Cassius. §. apud Feroecum. §. officium. §. penult. & vlt. ff. de aqua pluviae arcedae. & ex l. 17. titu. 32. par. 3.

46 Quando aliquis in praedio suo opus fecit, vnde aqua nocet agro vicino, ita quod actio competit aquae pluviae arcedae, tunc si, qui opus illud in praedio suo fecit, praedium illud alienet, si alienatio facta fuit, perinde aduersus eum competit actio, vt illud destruat, & soluat damna, ac si id praedium non alie nasset, vt est notissimum, & habetur. l. emptor. ff. de aqua plu. arc. Quando vero alienatio vera fuit, hinc particularis in eo successit solum tenetur pati, vnde destruat, ad expensas vero non tenetur, neque ad da na: vnde, si cedat ei praedio, facit plus, quam tenetur. l. is cum. ff. eod. titu. Quod si, vel actor, qui damnum inde in suo agro patitur, eas facias, vel qui successit in eo praedio, recuperare eas possunt ex eo, qui id opus fecit. Ille quippe tenetur ad illas personalis actio ne, & ad damna sequuta post litem contestatam: quin, si id praedium ante litem contestatam alienauit, agitur contra eum intra annum actione aquae pluviae arcedae, vt expensas soluat, ac damna, & post annum actione de dolo. Hac omnia habentur, l. quamquam. §. Iulianus. l. emptor. l. venditor. l. post venditionem. ff. eod. titu. & l. 16. titu. 32. par. 3. iuncto Greg. Lopez. ibi.

47 Quod si dominus agri, cui id damnum sequitur, omne proinde actio aquae pluviae arcedae competi tebat, eum ager alienet ante litem contra domi num praedij contestatam, tunc ad nouum successorem, & no ad priorem dominum, spectat eam actio nem intentare aduersus eum, quid opus in eo pra-

dio fecit: quoniam ad ipsum attinet iam damnum ratione agri ad ipsum attinctis: neque tunc ea actio, personalis quidem, sed in rem scripta, hoc est, com petens ratione rei, cui damnum imminet, dicitur proprie transire ab alienante agrum in eum, cui est alienatum, sed competere nouo in eo agro successio riatione eiusdem agri. Si vero alienator eius agri an tequam eum alienasset, litem contestatus fuerat cum domino praedij, in quo id opus erat factum, tunc tra firet ea actio in nouum successorem in statu, in quo erat tempore alienationis facta, & quoad dana post contestatam litem sequuta, vel alienator agit ad dana, & recuperata, tradit illa ei, cui agrus alienauit. Hac habetur. l. si tertius. §. si quis prius. l. post venditio nem. ff. de aqua plu. arc. & l. 16. citata, iuncto Gregor. Lopez. ibi.

DISPV. T. 705.

De aqueductibus, & aqua quotidiana, & aestiua.

S P M M A R I U M.

1. Aqueductus late quid. Et rursus late, pro uis, qui bus aqua ducitur.
2. Aque privatae quae. Forum sunt, in quorum praedij nascuntur, & quoniam eis uti easque, deriuare licet. Recipit in alijs praedij priuatis, domini eorum praediorum efficiuntur. Dum vero ad publicum locum deueniunt, publicae efficiuntur.
3. Aque pluviae quae. Multiplices sunt. Quatenus ea rum vsus prohibitus aut permissus.
4. Aqua aestiua, & aqua quotidiana, quae.
5. Aqua hyberna quae. Et quod interdum quo ad eam competit.
6. Aque ductus seruitus in quibus alijs locum habeat: & in quibus seruitus huiusmodi aquae.
7. Aque quotidiana, & aestiua, interdicta. Et aqueductus seruitus, in quibus aquis habeant locum.
8. Molendina quoniam construere in eodem flumine liceat, etiam cum damno molendinorum antea structorum, & quoniam ad illa extrahere liceat aqua de flumine publico.
9. Aquam extrahere de flumine publico cuiusque licitum. Et quoniam sit prohibitum.
10. Auenas, per quem aqua ad molendinum extrahitur ex flumine publico, publicus locus efficitur, & riperi utriusque quo ad vsus.
11. Molendinum in torrente quoniamque construi liceat. Et quando torrentis publicus reperitur.
12. Flumine in publico quoniamque instrumeta, quae aquis mouentur, consuecere liceat, etiam cum detrimento prius instructorum, vt molendina papiri, olei, ferram aquae, batruaria, &c.
13. Molendinum super aquas catenis alligatum ad ripas, quibus efficeret potest, priuata auctoritate in quacumque parte fluminis publici, nisi nauagationem impedit.
14. Molendinum qui prius edificauit, non permittit in suum commodum possit aquam cum detrimento ad tercia, qui posterior edificauit.
15. Scripturae in eodem protocollo, aut libro, eodem die co scriptae, illa censetur prius confecta, quae in superiori parte reperitur scripta.
16. Aquam si quis ducet ab extrahente flumine publico, per fundum interdictum, qui ad id seruitutem aqueductus habeat, et fluminis subiecto recedat, vel isto alio modo quo inter se eum fundum, qui alienus ei fundo ce dit, non potest eam educere per eum, alienus qui non habet seruitutem, qua habeat fundus, cui accessit: si vero